[illegible]

[illegible]

Baden.

Von den Edelsteinen.

Übersicht des Mineralienreichs

I. Erdige Fossilien.

1) Edelsteine.

A Edelharte Steine

a Demant b Rubin c [illegible]

c Hyacint d Smarag[illegible]

Beril od. Aqua ma[illegible]

f. Granat. g. Topa[illegible]

h. Krisolith i. Diop[illegible]

k. Schmirl

B Gemeine harte Steine

a Bergkrystal. b. [illegible]

c. Rosenquarz. d Ge[illegible]

Quarz. e. Feuer[illegible]

f Chalzedon. g. [illegible]

h. Jaspis. i. [illegible]

k Glas als Stein [illegible]

l Obsidian. m Pe[illegible]

n Turmalin.

C. [illegible]

a Edler Opal b [illegible]

c Speckstein. d [illegible]

e. Natrolith [illegible]

# CONCLUSIONES

Scholastico, Dogmatico, Critico.

# THEOLOGICÆ

Menti Scripturæ SSr: Patrum ac præcipuè S. Thomæ Aquinatis Angelici Doctoris.

# CONFORMES

Publicis Disputationibus in Conventu Cracoviensi SS. Michaëlis & Joseph à PP. Carmelitt: Disceal:

# EXPOSITÆ.

*Mense Majo 1776.*





Typis Universitatis.

THomæ doctrina præ ceteris, excepta canonica habet proprietatem verborum, modum dicendorum, veritatem ſententiarum, ita ut nunquam qui eam tenuit, inveniatur à tramite veritatis deviaſſe, & qui eam impugnavit, ſemper fuit deveritate ſuſpectus.

*Innocentius VI. in Serm: de Laudib. D. Tho: cujus initium eſt Ecce pluſquam Salamon*

# Ex Præambulis Théòlogicis

1ma Theologia ea quam vocamus Scholasticam esto non sit simpliciter necessaria ad Salutem est tamen utilissima. 2da. Imò áttenta necessitate salutis in Ecclesia; Théòlogiam: quâ secundum D. Augustinum fides gignitur, nutritur, roboratur, adq; defenditur: esse necessariam necessitate medij invicta argumenta probant. 3tia Théòlogia quoq; non recedit á ratione veræ & propriæ scientiæ. 4ta Quinimò verè ac propriè subalternatur scientiæ Beatæ. 5ta Nec est essentialiter obscura ac perconsequens potest continuari in Patria. 6ta Estq; entititativè naturalis. 7ma Cujus objectum adæquatum esse DEUM sub ratione Deitatis dicimus. 8va. Imò eam simul esse practicam, ac speculativam, ac sapientiam concludimus.

# EX TRACTATU
## De DEO Uno Ejusq; attributis.

1ma Hæc Propoſitio DEUS exiſtit esto ſit nota ſecundum ſe non tamen eſt nota quantum ad nos. 2da Si attendamus Divinam ſimplicitatem DEUM non eſſe Compoſitum expertemq; corporeæ compoſitionis, exquo non ſit corpus dogma eſt Catholicum 3tio. Imò probabile eſt Tertulianum non ſenſiſſe DEUM eſſe Corporeum vel ſaltim hanc mentem retractaſſe. 4ta DEUS quoq; eſt immenſus ratione cujus immenſitatis eſt in omnibus rebus intimè & immediatè. 5ta Cujus ratio formalis exiſtendi in rebus vel locis eſt ſola Operatio. 6ta Non tamen DEUS exiſtit actu in ſpatiis imaginariis ſeu extra Mundum. 7ma Neq; etiam DEUS poteſt mutari cum ſit immutabilis immutabilitate intrinſecâ 8va Ipſeq; DEUS per ſe eſt Æternus.

# Ex Tractatu de Viſibilitate & Jnviſiblilitate DEI.

1ma ESto Viſio clara intuitiva & Equidditativa DEI ſeu per eſſentiam ſit poſſibilis Jntellectui creato. 2da Non eſt tamen poſſibilis oculo corporeo per quamcunq; potentiam. 3tia Imò nullum intellectum creatum per. ſolas naturæ vires poſſe videre DEUM. catholicè contra Eunomium concludimus.

4ta Et eſto DEUS contineatur ſub Objecto ſpecificativo intellctus humani. 5ta Creatura tamen intellectualis ſecundum ſe ſumpta & non elevata nec innatum nec elicitum poteſt habere appetitum ad videndum DEUM ſivè ut Authorem Naturæ ſivè ut Authorem Gratiæ, ſivè Unum ſivè Trinum. 6ta Subſtantiaq; Completa creata entitativè ſupernaturalis cui connaturalis ſit viſio eſt impoſſibilis. 7ma Ac eti

am intellectus creatus per ſolum fa-
vorem extrinſecum nequit elicere
quidditativam viſionem DEI. 8va
Homo purus de lege ordinaria non
poteſt in hac mortali vita videre DE-
UM ut eſt in ſe. 9na. Homo ta-
men viator in hac vita vivens ſed
ſenſibus carnis non utens per poten-
tiam DEI extraordinariam & præter
communem rerum ordinem poteſt
elevari ad claram DEI viſionem.
10ma. Eaq; viſio quoadfuerit conceſ-
ſa Moyſi & Paulo probabile eſt.
11ma. Ex quo implicet ſpecies im-
preſſa creata quidditativè repræſen-
tans DEUM, 12ma. Idcirco in viſi-
one Beatifica ſola eſſentia Divina ge-
rit vices ſpeciei impreſſæ. 13tia. Eaq;
eſſentia Divna inquantum gerit vi-
ces ſpeciei impreſſæ activè concur-
rit ad cognitionem. 14ta. Beati eſto
omnes videant DEUM non tamen
omnes æqualiter ſed unus ſcilicet

alterô

alterô perfectiùs. 15ta. Totaq; inæqualitas visionis Beatificæ provenit ex inæqualitate Luminis gloriæ, nec valet major vel minor perspicacitas intellectûs creati. 16ta. Lumen quoq; Gloriæ necessariò disponit intellectum ad videndum DEUM. 17ma Sine quo, aut aliquo auxilio supernaturali vices luminis gloriæ supplente intellectus creatus nec de potentia absoluta potest videre DEUM visione quidditativa. 18va. Nec etiam creabilis est intellectus cui connaturale sit lumen gloriæ. 19na. Totaq; ratio proxima agendi invisionem Beatam est à lumine gloriæ. 20ma. Esto Beati videant DEUM visione intuitiva non tamen ipsum propriè comprehendere possunt. 21ma. Nec ita possunt videre in DEO unum prædicatum formale quin videant aliud. 22da. Non tamen vident omnia quæ DEUS facere potest. 23tia. Quinimò implicat

con-

contradictionem Beatum poſſe cogno-ſcere omnia poſſibilia in omnipotentia DEI. 24ta. Regnum millenariorum quo cum Chriſto regnaturi Sancti poſt univerſalem Reſurrectionem fingebatur à Cerintho fabula & impietas eſt. 25ta Non tamen nota fabulæ arguendum eſt ſiſtema Catholicum de Purgatorio quod dari eſt de fide, in quo Animæ luunt pænas temporales donec ſolvant uſq́, ad ultimum quadrantrem. 26ta Jn eo quoq́; Purgatorio Animæ neq́; mereri neq́; demereri poſſunt. 27ma Et eſto crucientur pænis Purgatorij ſunt tamen certæ de ſua ſalute. 28va Poſſuntq́; de ſuis ergaſtulis DEO diſpenſante exire viventibusq́; apparere. 29na Sicut vera Anima Samuelis Sauli apparuit præveniens Phytoniſſæ Jncantationes. 30ma Eſto Animæ Purgatorij de pænis liberari poſſint Trajani tamen liberatio de inferno præcibus B. Gregorij aut Faleo-

millæ præcibus B. Theclæ commentitia eſt.

1ma SUpposita definitione finis ille qui appellatur intermedius vere & propriè habet rationem finis 2da Homo in omnibus suis actibus humanis agit propter finem. 3tia Quanquam Omnia agentia agant aliquo sensu propter finem, tamen id soli naturæ rationali propriissimum est. 4ta Impossibile est quod idem homo simul appetat diversa tanquam plures ultimos fines totales & adæquatos. 5ta Quæcunq; homo vult deliberatè ea vel actu vel virtute propter ultimum finem. 6ta Beatitudo Objectiva hominis consistit in solo bono increato scilicet, DEO. 7ma Beatitudo verò formalis hominis non consistit essentialiter in quodam illapsu & quasi transfusione DEI in ipsam essentiam Animæ. 8va Neq; in habitu deificante essentiam Animæ

&

& perficiente potentiam ad opera-
tionem. 9na Neq; in visione DEI
increata communicata Creaturæ per
actionem unitivam ab ipsa creatnra
elictam. 10ma Neq; in pluribus
actibus scilicet intellectus & volun-
tatis. 11ma Sed consistit essentia-
liter in actu intellectûs clara scilicet
DEI visione. 12ma Animæ Justo-
rum corporibus solutæ & plene pur-
gatæ statim consequuntur suam Bea
titudinem claram scilicet: & facialem
visionem DEI. 13tia Joannes XXII.
in eam quidem propendit vehemen-
ter sententiam quod Sanctorum Ani-
mæ ad extremum usq; Judicium fa-
ciali DEI visione non fruantur, eam
tamen assertivè non docuisse proba-
bile est, certum est autem eam ut
fidei dogma ab omnibus creden-
dum non definivisse. 14ta Visio-
nem Beatificam sequitur felix aman-
di necessitas etiam quoad exerci-

tium

tium; ista Quia Beati sunt absolutè impeccabiles ab intrinseco nimirum, & ex visione DEI & ex ejus amore hinc etiam Beatitudo Sanctorum est ab intrinseco perpetun & inamissibilis.

Ad M. D. G. B. V. M. Honorem.






Depozyt w Bibliotece Jagiellońskiej
09021

1. Kieselartige Steine [illegible]
2. Thonartige Steine.
3. Talkartige Steine. brennt
4. Kalkartige Steine [illegible] (Gemeiner) Gyps [illegible]
5. Schwerspathartige Steine.

[illegible]
Schorl.

in brennbaren,
Salzige.
endlich: [illegible]

Erdige
[illegible]
Brennbare und
Metallische x

[illegible]

[illegible]